



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 45. Pontifex erga Mantuanum Cardinalem, & Lansacum benignior.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sec. XVI.
A.C. 1562.

de sinistra in se concepta opinione parum sollicitus sit, cum Deus cordis sui intima probe cognoscat, folique Domino suo de actionibus suis rationem reddere obstrictus sit, licet ipsum non parum offendat eorum malitia, qui Dei, Ecclesiæ, ac publicæ quietis hostes, ut Synodum dissolvendi ansam captent, Mantuanum Sanctitati suæ suspectum reddunt, perinde acsi contra ejus auctoritatem quicquam moliretur, cum tamen talia nullus ab eo unquam expertus fuisset.

§. XLV.

Pontifex erga Mantuanum Cardinalem, & Lansacum benignior.

*Pallav. c. 3.
num. 4.
Lit. Vice
com. ad Bor-
rom. 25.
Jun. apud
Pallav. l. c.*

Accepta hac Lansaci epistola, perlectisque literis, quas idem ad Franciæ Oratorem Romam perscripserat, summus Pontifex nonnihil indignationem adversus illum conceptam deponere, ac de ejus agendi ratione contentus esse videbatur, quinimo magis adhuc benignam de Mantuano Cardinale opinionem fovere cœperat, postquam per Cardinalem Borromæum literas Vicecomitis perlegerat, quibus hæc nuntiabantur: „sparsus fuit rumor, „quod Legatorum primus veniam ab- „eundi a Pontifice petierit; duæ au- „tem hujus famæ, causæ afferuntur,
& qui-

„& quidem primo dicitur, quod Aulæ
 „Pontificæ literæ, quæ in Mantuani, Sæcul. XVI.
 A.C. 1562.
 „ceu primi legati manus antea defere-
 „bantur, postea ad Simonettam mitte-
 „rentur: secundo autem spargitur; quod
 „Gonzaga Cardinalis, ejus ex fratris
 „nepos, Romam non accerferetur a
 „Pontifice ad cœtus de Synodi nego-
 „tiis, quemadmodum antea fieri so-
 „lebat.

His addebat Vicecomes, quod ne-
 mo unus majori cum prudentia, ac mo-
 deratione, quam prius hic Legatus fece-
 rat, rem gerere potuisset, ac proin il-
 lius Tridento discessus grave Synodo
 inferret detrimentum tum ob venera-
 tionem, qua Mantuanum ob ejus scien-
 tiam, ac prudentiam prosequuntur
 omnes Præsules, tum ob æstimationem,
 quam de ipso cuncti Principes habent,
 quorum constantissima est persuasio,
 tanti Viri reverentia unice commotum
 Hispaniæ Regem, ne ablegaret Orato-
 rem Vargam ad Synodum, eo quod hunc
 Ministrium Pontifici parum acceptum,
 & quieti Concilii minus opportunum
 nosset: „ceterum, scribebat Viceco-
 „mes, summus Pontifex revocato Man-
 „tuano Cardinale publicam incurreret
 „indignationem, eo potissimum nomi-
 „ne, quod longius temporis spatium
 „præterflueret, usque dum novi legati

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

„a Papa subrogandi sibi eandem Prin-
cipum, Patrumque benevolentiam
„conciliare possent.„ Accepta horum
relatione Pontifex mutata animi sen-
tentia ad hujus Cardinalis socios per-
scribi curabat, ut omnem honorem Man-
tuano debitum eidem deferre, ejusque
consilia in omnibus sequi satagerent.

§. XLVI.

*Lancianensis Archiepiscopus Romam
veniens.*

Sarpus
p. 501. Lett.
de l'sle au
Roi de Fran-
ce 20. Jun.
Mem. p. 247.

Interea Lancianensis Archiepiscopus
Romam delatus summo Pontifici epi-
stolam a plusquam triginta Episcopis,
qui Residentiam juris divini esse pro-
pugnabant, proprio chirographo sub-
scriptam tradebat: porro in ea hi Præ-
fules querebantur, quod non sine ma-
gno animi sui dolore percepissent, im-
merito alienatum a se esse Pontificem,
cum tamen in omnibus ejus auctorida-
tem tueri semper intenti fuissent, at-
que etiam omne obsequii genus eidem
deferre parati existerent. Hac Præsu-
lum submissione placatus Pontifex su-
spicionem in eos conceptam non nihil
deposuit, ac benignius Deputatum ex-
cepit, qui eidem hæc significabat:
„Episcopi in proxima Sessione, quod
„residentia sit juris Divini, declarare
„statuerunt, simulque quovis demum
peri-